C aut lacti ſyluestris Lactucę ſimilem. Syluestris uirib. in totum Papaueri ſimilis eſt, unde aliqui eius ſuccum Meconio permiſcuerunt. Aquoſa per aluum purgat potus in poſca liquor obolorum duorum pondere. Exterit argema & caliginẽ. Cum lacte muliebri inuncta ad ambuſta prodeſt. In uniuerſum ſoporifera eſt, & dolorem leuat. Menſes trahit. Contra ſcorpionum ictus, & phalangiorum morſus bibitur. Semen haud ſecus quàm ſatiuę libidinum imaginationes in ſomno, ac uenerem arcet. Succus ad eadem ualet, ſed uiribus infirmior. Reponitur ſuccus eius in fictili uaſe, antea, ut in alijs liquaminibus moris eſt, inſolatus.

EX GALENO.

Lactuca ad calidas phlegmonas accõmoda eſt, & ad parua & leuia eryſipelata, maioribus tamen ſatisfacere minime idonea eſt. Eſt etiam edulium ſitim arcens. Semen potum genituræ profluuium cohibet: quamobrem etiam ijs qui libidinoſis ſomnijs uexantur, datur. Sic & ſyluestris Lactucæ ſemen. Cuius quoq; ſuccus colligitur, argema & caliginem expurgans. Ad aduſtiones cum lacte mulierum inungitur. Omnibus alijs oleribus pauciſſimum ſanguinem & uitioſum generantibus, ex ſola Lactuca non multus quidem, nec uitioſus, haud tamen omni ex parte laudabilis gignitur. Vt plurimum cruda ipſa ueſcuntur. Æſtate autem cum in ſemen iam proruptura eſt, in aqua dulci præcoquentes, cũ oleo, garo & aceto aſſumunt, aut cum aliquo ex condimentis, obſonijs úe, præſertim ijs quæ caſeo conſtant. Plericq; etiam antequam excauleſcat, in aqua elixa utunt: uti ego iam facio, ex quo dentes mihi deteriores eſſe cœperunt. Nam amicus quidam meus, quum olere hoc à longo tempore me ut familiari cibo uſum fuiſſe ſciret, uideretq; pòſt mandi à me citra magnam moleſtiam non poſſe, cocturæ rationem indicauit. In iuuentute enim, quoniam aſſiduo os uentriculi bile efferueſcebat, æſtus moderandi gratia Lactu-
D cis utebar. Quum autem ad prouectã ætatem perueniſſem, olus hoc contra quàm in iuuentute, ſomnum iam ſtudio & induſtria accerſenti mihi, auxilio fuit: quippe qui etiamnum iuuenis uigilijs dedita opera me aſſuefeceram, declinante iam ætate, ipſa ex ſe inſomni, grauius hoc incommodo moleſtabar. Aduerſus quod unicum mihi præſentiſſimum remedium Lactuca ueſpere cõmanducata ſemper fuit. Frigidum ergo humidumq; ſuccum profert, haudquaquam tamen uitioſum. Itaq; ſicut alia olera à iuſta concoctione non excidit, neq; aluum cohibet, uti neq; impellit. Atq; hęc illi non immeritò accidunt, quum nec auſtera, nec acerba ſit, quibus facultatibus in uniuerſum aluus ſiſtitur, quemadmodum à ſalſis, acribus, & omnino abſtergendi uim habentibus ad excretionem concitaẽ, quorum nihil Lactucę ineſt.

EX PLINIO.

Eſt quidem natura omnibus refrigeratrix, & ideo æſtate gratæ à ſtomacho faſtidium auferunt, cibiq; appetentiam faciunt. Diuus certe Auguſtus Lactuca conſeruatus in ægritudine fertur, prudentia Muſæ medici, cum priores eam ob religionẽ minimè commanducarent, in tantum recepta commendatione, ut ſeruari etiam in alienos menſes eas oxymelite repertum ſit. Venerem inhibent, æſtum refrigerant, ſomnumq; faciunt. Cruditatem ipſæ nequaquam faciunt, nec ulla res maiorem in cibis auiditatem incitat inhibetq;. Ambuſtis proſunt recentibus, priuſquam puſtulæ fiant, cum ſale illitæ. Vlcera etiam quæ ſerpunt, coërcent initio cum aphronitro, mox in uino tritæ. Igni ſacro illinuntur. Conuulſa & luxata caulib. tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularum ex uino & polenta. In cholera quoq; coctas patellis dederunt, ad quod utiliſſimæ quammaximi caulis & amaræ. Quidam lacte infundunt. Deferuefacti ij caules & ſtomacho utiliſſimi traduntur, ſicut ſomno, & ſatiua maxime Lactuca, & amara lactensq;, quam Miconidem uocauimus. Hoc lac & oculorum claritati cum muliebri lacte utiliſſimum eſſe præcipitur, dum tempeſtiuè capiti inunguntur. Semen ſatiuarũ contra ſcorpiones dari. Se-

A ri. Semine trito ex uino poto & libidinum imaginatio
tantes aquas non nocere Lactucam edentibus. Quida
bo officere claritati oculorum tradiderunt.

DE THYMBRA C

NOMINA.

THYMBRA Grecis, Thymbra, Cunilaq; Latini

GENERA.

Thymbræ ſeu Cunilæ duæ ſunt ſpecie
quę quia minori eſt acrimonia, in cõdimen
tur: hinc à ſaturando Satureia dici cœpit. Alij tamen
quod ſcilicet marceſcentes coitus ſtimulet. Germanic
plen/ Zwibel oder Gartenhyſop/ oder Sergenkrau
ſiue ruſtica Cunila eſt, quæ peculiariter Thymbra nu

FORMA.

Thymbra ſimilis eſt Thymo, ſed minor atq; teneri
nam, coloris uiridis. Satureia pedali altitudine ſurgit
cauliculis, folio Hyſſopi, floſculis per interualla ex pu
ſaporeq; gratiſſimo.

LOCVS.

Thymbra in tenui ſolo, & aſperis locis naſcitur. Sat

TEMPVS.

Æſtate utraq; Cunila floret.

TEMPERAMENTVM

B Thymbra calida & ſicca in tertio ordine.

VIRES. EX DIOSC

Thymbra eadem quæ Thymus præſtat ſi conſim
ſanitate eius uſus. Eſt etiam ſatiua Thymbra, in cunc
uero utilior, propterea quod non adeò efficax illi ſit a

EX PAVL

Thymbra ſyluestris eadem quæ Thymus præſta
quidem imbecillior, ſed ad cibum laudatior.

EX PLINIO.

Nuſquam utrunq; Thymbræ genus additur, qui

EX HERBARIO ANT

Farina eius ex uino pota, medetur pulmonis, thor
nas, mẽſes pellit. Herba ipſa cum floribus Lethargic
modo capiti impoſita. Succus cum roſaceo auribus in
coxendicibus illinitur. Satureiæ uſus marceſcentes c
traxiſſe nomen putant. Stomachi concoctiones adiu
oculos exacuit.